pellationibus tam in successore quam in principali Regestri Obligationes instantias
per Banitionis ac eius publicatione interponen. eorumque quibusvis per ad
citatores prosequutionibus et in Universum Omnibus iuris remedijs et defen-
sis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus humanaque indu-
stria inventis ac excogitandis se cum suis successoribus Ac. absenbendis
... sub confessione sua successorumque suorum ... Culpa.

Dzierzek cum Zaluzie Intromissio.

Ministerialis Regni Generalis Providus Joannes Sielacz authenticus et iuratus
officij praesentis bene Notus Coram eodem officio personaliter stans Una cum Nobilibus
Joanne Malinowski et Alberto Krzenowski publice recognovit
Quia die hesterna condescendendo ad Villam Zaluzie in Capitaneatu
hoc Bransken. sitam ibidem Vigore Privilegij Sacrae Regiae Mtis
hoc Bransken. sitam ibidem Vigore Privilegij Sacrae Regiae Mtis
Generosum Christophorum Dzierzek in totam et integram Villam eiusmo-
di Zaluzie eiusdemque Villae agros fundos prata campos sylvas
rubeta Mergos additamenta subditos eorum Reges pueros hortu-
lanos Census Labores poduodas et cunctam Obedientiam genera-
liter cunctas Utilitates et attinen. ad praedictam Villam nunc et
antiquitus spectan. iuxta latiorem continentiam eiusmodi Privilegij
ex libera admissione Magnifici Francisci Leszniowski Capnei
Bransken. Neminemque alio tam in bonis quam hic circa Acta impe-
dimente intromisit et in pacificam possessionem contulit ac subditis
Obedientiam praestandam iniunxit de quo Relatio praesens.

Turobojska Exemtio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. personaliter comparens Ge-
nerosa Anna de Wesollka Sladowska relicta primi olim Gnosi
Stanislai Hieronimi Zalewski ad praesens secundi Matrimonij coniunx
legitima Gnosi Thomae Sczawinski Collatoridis Podlachiae cum mo-
derni sui Mariti personali assistentia et consensu praesentanes sana
mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia
sibi Gnosa Catherina Rzechelowna consors legitima Gnosi Achacij
Turobojski Ac. soror et successor legitima olim Gnosi Petri Hercu-
lis Rzechel ex obligatione tabernae et duorum Mansorum in
haereditate Popczewo Ecclesiastica sitorum sibi recognoscenti
per olim Gnosum Petrum Herculem Rzechel inscriptione per mo-
dum Intercisae certa Coram Actis Castren. Bransken. roborata et
Vadio firmata in Summa Trecentorum Florenorum Polonic. inscripta
eandem Summam Trecentorum Florenorum Polonic. ex integro persolvit
adeo ipsam quietat inscriptionem cassat et de bonis eisdem in Intercisa
expressis Ac. haeredisque et successorum legitimorum condescendit.